

nostra & iniquitatem Patrum nostrorum Jerusalem opprobrium est, (ecce confessionem peccatorum & agnitionem miseriam) Neque enim in justificationibus nostris prosterimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, (ecce agnitionem indignitatis nostrae & misericordiae divinae, quam claudit pacti recordatio) Quia nomen tuum invocatum est super civitatem & super populum tuum.

CAPIT. XXXIX.

COLLOQUIUM ANIMAE DEVOTAE CUM DEO.

Pfalm. 85. Nunquid in aeternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Deus tu conversus vivificabis nos, & plebs tua letabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

His verbis continetur colloquium familiare fidelis animae cū DEO.

Quis vero audeat cum ullo Rege aut Principe loqui adeo familiariter? praesertim vero cū iratus est? Deus vero fidelem animam tanto amore com-